

**F**RANCISCUS Albericus Prothonotarius apostolicus sanctissimi domini nostri Pape eiusque Camerarii necnon Curie  
 causarum Camere apostolice Generalis Auditor, Romanusque Curie iudex ordinarius, sententiarum quoque et censurarum  
 in eadem Romana Curia latorum, ac quarumcumque litterarum apostolicarum vniuersalis et merus executor. Uni-  
 uersis et singulis dominis Abbatibus Prioribus prepositis, decanis Archidiaconis, scolasticis, cantoribus, custodibus The-  
 saurariis, sacristis, tam Cathedralium quam collegiarum canonicis, parochialiumque ecclesiarum rectoribus, seu  
 locatenentibus eorundem plebanis viceplebanis capellanis, curatis et noncuratis, vicariis perpetuis, clericis notariis  
 et Tabellionibus publicis, quibuscumque per ciuitatem et diocesis Lucen, ac alijs vbi libet constitutis et vnum cui libet  
 insolidum, illis vel illis ad quem vel ad quos preter nre littere peruenerint, salutem in dno et nris hmoi immouerijs  
 apostolicis firmiter obedire mandatis. Noueritis qualiter infra scripta die nobis pro parte Magnifici domini Ale-  
 xandri Palenensis S. M. D. N. Pape et Camere apostolice procuratoris fiscali graui cum querela, et non sine  
 maxima animi nostri displicentia, perturbatione atque molestia, fuit expositum, quod licet predicatorum et uerbum  
 dei euangelii tantis aliud non debeant, quam Christum crucifixum, eiusque vitam et doctrinam predicare et Christianos  
 ad illius imitationem inuitare, uita moribus et exemplo se similes exhibendo, Nihilominus quidam perditionis  
 filius, Melchior Cane, merito nuncupatus frater ordinis predicatorum proprie salutis immemor, diabolicis motibus  
 suasionibus non erubuit superioribus mensibus publice predicare Antichristum uenisse, et practicam in ecclesia  
 Sepobien, contra auctoritatem potestatemque summi pontificis facere ausum fuisse, ac sedem apostolicam, quod  
 illa uis, multa illicita, et presertim ordines ecclesiasticos, qui suo temerario iudicio approbandi non erant,  
 approbauerit notasse, et S. D. N. Paulum diuina providentia pp. quartum, breue se: re: July pp. Tertij  
 eius predecessoris, super concessione quartae partis fructuum, eo quod a Cesare acceptatum fuisset, reuocare  
 non potuisse, et reuocationi hmoi non obstanti, ad ulteriores exactionem impositionis hmoi licite procedi  
 posse, ab eo consilium super hoc petentibus dedisse et respondisse, aliisque quamplurima crimina, excessus et  
 delicta ausu temerario commisisse et perpetrasse, in maximum eiusdem sedis apostolice, illiusque auctoritatis  
 et potestatis contemptum et vilipendium ac totius populi scandalum et anime sue periculum ac euidentem  
 damnationem, et quamplures alios ad similia longe peiora perpetrandum inuitasse, Verum cum premissa  
 sint pessimi exempli et ita conuenientibus oculis non sine graui punitione pretermittenda, Immo pensis conueni-  
 plectenda sint, ut ceteris delinquentibus transeat in exemplum: propterea pro parte eiusdem magnifici  
 domini Procuratoris fiscali cuius officio incumbit errores, crimina, excessus et delicta ab ecclesia dei extir-  
 pari facere, et in delinquentes totis conatibus aduertere, de opportuno super his remedio requisiti se  
 mandato uiue uocis oraculo nobis desuper ab eodem S. M. D. N. facto. Discretionarie et cuiuslibet  
 vnum insolidum tenore pretermissum committimus et sub excommunicationis pena canonica monitione premissa  
 districte precipimus et mandamus, quatenus statim receptis presentibus et postquam pro parte prefati mag. domini  
 procuratoris fiscali super hoc fueritis requisiti seu alter vnum fuerit requisitus, per vos vel alium  
 seu alios ex parte nra, immouerijs apostolica moneritis et requiratis, primo secundo, Tertio et peremptorie  
 eundem fratrem Melchiorum omnesque alios et singulos sibi adhaerent in executione pretermissum nominando  
 eisque nihilominus et eorum cuiuslibet precipiatis et mandatis, prout nos etiam tenore pretermissum eos, et quemlibet  
 eorum requirimus et monemus ac precipimus et mandamus eisdem, quatenus infra sexaginta dierum  
 spatium post monitionem et requisitionem nras hmoi immediate sequen, quorum sexaginta dierum, viginti  
 pro primo, viginti pro secundo, et reliquos viginti dies eis pro tertio et peremptorie termino ac monitione  
 canonica assignatis, prout et nos assignamus, debeant et quilibet ipsorum debeat, prout vnumquemque eorum  
 respectiue concernit, sub excommunicationis aliisque ecclesiasticis sententijs et censuris, priuationis et confiscatio-  
 nis omnium et singulorum beneficiorum, officiorum, graduum, honorum, rerumque et bonorum que respecti-  
 ue obtinent, ac inhabilitatis ad illa, et alia quecumque in posterum obtinenda ac decimarum nullum decimarum  
 cuius de Camera Camere apostolice ipso facto applicandorum ac confessorum criminum et delictorum de  
 quibus inculpantur, et perpetue note ac infamie respectiue penis, Rome personaliter coram nobis seu  
 nostro in Criminalibus locum tenente, per se ipsos, non autem per procuratores, seu excussores sed  
 in eorum proprijs personis ad se de premissis legitime excusandum et expurgandum realiter et cum  
 effectu comparuisse et sese presentasse, ac super illis cum prefato mag. domini procuratore fiscali

Juri stetit. Alioquin eisdem Melchiorum et in executione pntium nominandos citatis, prout et nos tenore pntium  
citamus, quatenus prima die, dictis sexaginta dies immediate sequenti, qua nos vel dictum nrum in criminalibus  
locum tenentem ad iura reddendum et causas audiendum pro tribunali sedere contigerit, compareant personaliter  
ut supra, coram nobis seu locumtenente predicto, ad videndum se se sententias, censuras, et penas predictas incidisse  
et incurrisse declarari, et ad alia graviora procedi, et causam sufficientem quare id fieri non debeat allegantibus  
Cortificantes eosdem sic citatos, quod siue in dicto citationis termino comparuerint, et se legitime non expurgave-  
rint, siue non compa uerint, Nos nihilominus vel dictus locumtenens ad declarationem dictarum censurarum  
et penarum, et ad alia graviora procedemus siue procedet iustitia mediante, eorum absentia seu contumacia in  
aliquo non obstante. Quisquid autem in premissis feceritis, nobis quanto citius poteritis remissis presentibus  
fideliter intimare curetis. Absolutionem vero premissorum nobis quoquomodo vel superari non tantum  
referuamus. In quorum omnium et singulorum fidem premissorum presentes fieri, et per notarium nos trum  
in fasciculum subscribi, sigilliq; Camere apostolice quo utimur, appensione comuni mandauimus. Dat  
Romae in edibus nostris sub anno a Natiuitate dni Millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto Indictione  
Xm. Die vero Vigesima prima mensis Aprilis, pontificatus prefati sanctissimi in christo patris et dni nri  
Pauli diuina prouidentia pp quartu Anno Primo. Franc. Aud. Cam. Andreas Gerardus Curie  
causarum Camere aplice not. Mt. Gratis pro fisco. Ber. Cetus. A. fiscalis.



tum  
libus  
ciat  
andem  
dignu  
at  
m  
bus  
mon  
rum  
Dat  
m  
m  
m

*[Faint handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side]*

*[Faint handwritten text across the middle of the page]*

*[Small handwritten mark or characters]*



8  
num 13

Copia della citation di Scannida per  
el Hualliti della Camera contra fra  
Melchior Cano 2711